Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



126

beate uirginis & martyris ualerie. Aliud quoq; construit hospitale pse & pro
beato uiro marciale. inquo decreuit omni die pauperum colligi turbam ac refi
ci numero sexcentorum. Deprecatus est etiam beatum marcialem ut post
egressionem anime eius decorpore. tumulus sepulture illius uicta sepulchri
beati uiri poneretur. Sup tumulum uero gloriose uirginis & martyris ua
lerie uiri fabricari ecclam. ubi etiam multa dona contulit adornandam
ipsam domum. Interea uero imperator mittens litteras pueredarios adste
phanum principem gallie. uiri ut pgeret italiam cum quatuor legi
onibus bellatorum adseruiendum sibi sex mensibus. Sicq; precepit ut peg
gerent diuiti facultatibus ut nullus aliquid indigeret aut iaperet. tali
tq; sauiens proposuit decreuit ut siquis aliquid iaperet. capitale subi
ret sententiam. Et cum seruitium imperatoris peregisset. accepta licentia re
meandi. dixit adcunctum exercitum suum. Omnes pariter romam pgam
adbeatum petrum principem aplorum postulantes benedictionem abeo no
bis tribui. simulq; ut remissionem peccatorum abipso ualeamus conseq.
Cunctus autem exercitus eius abeato marciale fuerat baptiatus. & pla
cuit hic sermo omnibus. Ingredientes uero romam inuenerunt apostolum
inloco qui dicitur uaticanus docentem multas turbas populorum.
Quem uidentes dux & qui cum eo erant. cum magna humilitate discal
ciatis pedib; & incilicio uenerunt & proiecerunt se adpedes eius. Tunc
beatus petrus uidens tam preclaram generationem dixit. Unde huc ad
uenistis? Respondens dux ait. De prouinciis galliarum huc aduenimus.
sumusq; uerbo fidei abeato marciale inluminati. Apls ait. Quomodo esti
inluminati? Dux dixit. Euangelio dei sumus edocti. & inremissionem
peccatorum baptiati. Quo audito beatus petrus! grias agens benedix
domino dicens. Sis domine deprecor eius adiutor & consolator: quapp
ter nomen tuum abiit inregionem longinquam & obediuit iussio
ni tue & est inmagna tribulatione: Da ei domine benedictione & gra
tiam tuam que pmaneat cum eo insempiternum. Tunc conuersus adducem
interrogauit eum dicens. Qualiter apud uos conuersatur ille sanctissimus
uir? Respondit ei dux. Mortuos multos apud nos innomine domini
resuscitauit. & quicquid adeo postulat celeriter consequitur. Hec dicens
stephanus prostrauit se interram ante pedes beati petri apli postu
lans indulgentiam & apsolutionem pro beate ualerie uirginis inter
fectione. Tunc beatus apls intuens meum & cernens fontem lacrima
rum ac humilem uultum. absoluit eum auinculis delictorum. Post abso